

cum ob alia perpetrata scelera, tum etiam præcipue ob ido-
lorum cultum (c) tantas in Erythræo mari (d) exsolvisse
pœnas, ut eorum nullus, aquarum præcipitatis cumulis,
evaserit; utut Israelitarum vestigiis imminentes in adver-
sum littus eos abiisse lætos cernerent. (e) Supplicii autem
præsentis a summa Majestate vindice Ægyptiis inficti, ac
mandati adeo brevi cepit populum oblivio, ac tanta fuit
ejus pertinacia, ut Mose ad Deum regresso, Aaronem ex auro
ido-

ut rem incertam lectoribus obtrudat. Nodum, inquit, mihi non
solvunt Chronologi, qui cum agnoscant series Ægyptiorum
admodum turbatam esse, vix aliquid certi constitui potest de
Regibus illis, ut nominatim cuique assignari possit, quod in hac
historia narretur. Itaque præstat indefinite de Regibus istis,
quandoquidem Moses noluit, aut potius Spiritus S. in illo im-
piorum illorum Regum nomina posteritati aperire, in Com-
ment. Exod. p. 762. conf. Osiandr. in Exod. p. 7.

(c) *Sic Rabbini notant, submersionis causam extitisse etiam idolola-
triam apud Buxtorff. in Lex. Talm. Rabbin. sub voce יְרָכָה.*

(d) *quod a vicino populo ejusq. Rege potius, Hebreis חִזְקִיָּה, quam
a colore ita dicitur. Doctiss. adi Anglum Fuller. Miscell. Sacr. l. 4.
c. 20. p. 549--588. Sixtin. Amam. Antib. Bibl. p. m. 286.*

(e) Volunt equidem Eruditi & imprimis Rabbinorum filii, quod
Israelitæ per modum semicirculi ingressi mare fuerint, & ad i-
dem littus se receperint: sed rationes eorum non sunt taoræ, ut
populum hunc revera mare transisse pernegemus. Evolve, si
lubet, *Rivetum in Exod. p. 937. Osiandr. l. c. p. 138. Bonfrer. in
Exod. p. 417. Ludovic. de Tena qui Complurensis olim Theol.
Professor, in Comment. Hebr. p. 573. seqq. Bened. Pererium Je-
suita in Hispanum Romæ, ubi etiam Anno Christi M DC X diem
suum obiit, in collegio olim S. litteras profitentem, in Exod. p.
478. locum hujus transitus apud Ichthyophagos habet & de-
scribit ex Diodor. Sicul. Bochart. Phaleg. pag. 319.*